

Johann Bacmeister

**Programma Quo Ad Funerale Sacrum Quod ... Dn. Henricus Rudolphus
Redekerus, I.U.D. Professor ... Coniugi suae desideratißimae Margarethae
Schutzen Ut & Filiolo suo recens nato Paratum expetit Cives Academicos ...
invitat Pro Rector Academiae Rostochiensis Joannes Bacmeisterus Med. D.P.P.
& Poliater : [P.P. sub Sigillo Academiae XV. Ianuarii, Anno 1661.]**

Rostochii: Kilius, 1661

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn774784229>

Druck Freier  Zugang



Bacmeister, J.,

in

M. Schütze, (*Schütze*)

uxor. H. H. Redeker

et fil. eorum.

Rostock, 1661.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774784229/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774784229/phys_0002)







PROGRAMMA
Quo
AD FUNERALE SACRUM
Quod

VIR Amplissimus, Consultissimus ac Excellentissimus

DN. HENRICUS RUDOLPHUS
REDEKERUS, J.U.D.
Professor & pro tempore Academias Rector
Magnificus,

Conjugi sua desideratissima

MARGARETHÆ
SCHUTZEN

uit &



Filiolo suo recens nato

Paratum expetit

Academicos per amanter &
officiose invitat

PRO RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

JOANNES BACMEISTERUS

Med. D. P. P. & Poliater.

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. Anno 1661.



Quanta semper amoris conjugalis
fuerit vis & efficacia, quanta ejus
sinceritas, tām Patriarcharum A-
brahami scilicet & Saræ, Isaaci &
Rebecca, Jacobi & Rachelis, Da-
vidis & Abigail, quām Propha-
norum Penelopes & Ulyssis, Ad-
meti & Alcestidis, Laodameæ &
Protesilai, Lucretiæ & Collatini,
Tiberii & Cornelii, Hypsicrateæ
& Mithridatis infinitaq; alia repræsentant Exempla. Quo
enim caduceator nullus penetrare valuit, eò amor hicce
se occultâ vi insinuans seditiones composuit, bellicos
motus sopivit, & pacem redux stabilivit. Hoc amore
mediante Cadusus seditosissimos Cares ad concordiam
flexit, Cyrus Chaldæos inimicissimos sibi placavit, Alexan-
der Asiam Europæ junxit, & res desperatissimas s̄epe re-
stituit. Hinc Censorius ille Cato inter leges Censorias
hanc vel maximè nobilem sanxit, quā cavit, ut si quis
honestæ fœminæ manus inferret, non secus ac si Dearum
simulacrum temerasset, puniretur. Et glorioissimus
Imperator Justinianus in famosâ quadam constitutione
velut exclamat: *Quis Uxorū non misereatur propter ob-
sequia, quæ Maritis præstant, propter partus periculum & libero-
rum educationem?* Certè si postpositis omnibus reliquis
ministeriis, ad quæ ex necessitudine conjugali Uxores
Maritis sunt obstrictæ, Unicum partus periculum & li-
berorum procreationem intueamur, maximo amore
& honore dignas eas esse nemo ibit inficias. Verè enim,
labor premium, amor fidem, uteri tumor honorem postulant.
Quoties namque fœminæ uterum ferunt & pariunt, to-
tis cum exquisitissimis periculis, acerbissimis doloribus
ipsaque denique morte configunt, s̄epiusque in prælio
isto

isto succumbunt. Quare Medea apud Euripidem tēr sub
armis vitam cernere, quām semel modō parere malebat.
Animadvententes hoc ipsum Romani parturientibus Ju-
nonem Lucinam Deam præficiebant, in cuius templo Ca-
lendā Martiis gravidæ sacra pro felici partu faciebant,
& pro singulis nascentibus Parentes sive cognati certi
pretii nummum in ærarium à Servio Tullio eo fine ibi
collocatum inferebant; tenebaturque mater toto præ-
gnationis tempore Opis Deæ (infanti nascenti præfectæ)
imagunculam ventri impendentem gestare. Quod si
rectè infans edebatur, cultu singulari Idolum illud Pater
& agnati afficiebant: Si in partu suffocabatur, simula-
chrum illud Opis profluente mergebant in profundum.
In Balearibus Insulis gravidæ à Viris separatae à septimo
prægnationis mense templis inclusæ custodiebantur, ut
Deos in partu magis propitios haberent, ibique omni vi-
ta periculo exemptæ viverent, quod gravidis inter ho-
minum consortia accidere posset. Utique laudabilis
fuisset illa Gentium erga gravidas cura & sollicitudo, si
tām pro iis ad vivum & verum DEUM sine superstitione
supplicassent, quām ad imbecilles illos Deastros, qui par-
turrenti opitulari nullatenus poterant. Longe aliter
& quidem, ut Christianum decebat, se se gessit, Vir Magni-
ficus, Amplissimus & Consultissimus D N. HENRICUS
RUDOLPHUS REDEKERUS, Juris Doctor ac Professor fami-
geratissimus, nec non Academiæ nostræ p. t. Rector, Col-
lega & Amicus noster conjunctissimus, cuius Uxori mel-
litissimæ secundum DEI beneplacitum in præsentiarum
justa exsolvimus, & quæ infelici fato non solum mortuum
partum enixa, sed etiam ipsa insuper extincta est. Nam
ab eo tempore, quo divinâ benedictione uterum ferre,
& partui edendo obnoxia fieri cœpit, admodum sollicite
à proxido Marito habita, neque templis more Balearium
fœmi-

fœminarum, sed piis suis Maritique precibus & sollicitis Angelorum custodiis inclusa, omniq; hactenus ad ipsum usque partum periculo exempta fuit. Nec verò Junoni Lucinæ aut Opi cuidam Ethnicæ sed D E O vivo & vero pro partu felici & prospero vota & sacra facta, ipsiq; tandem parturienti à fœminis honestissimis & pii pectoris suspiria in subsidium collata sunt. Optabat equidem Maritus dulcissimus Uxori non quidem cum Dario Persarum Rege immortalitatem, sed longævitatem. Verum prævaluuit Lex JEHOVÆ: *Omnis Caro fœnum, & semel peccati stipendum solvendum.* Sive enim corpus sub purpurâ sudarit, arescet in pulverem, sive sub divitiis suspirarit, attenuabitur in cinerem, sive sub vili linteo ingemuerit, in putorem laxabitur. Idem siquidem juris *Mors* in humum genus sine discrimine grassans, sibi vindicat, quo Clusum Etruriæ oppidum occupatum esse Brennus Senonum Rex, Romanorum Legatis percontantibus respondebat, Naturali scilicet, quo debilior valentiori cedere cogitur. Non quidem potestate sibi competente, sed *duvæci & rœpus* omnes peccantes reatu obligante, simulque pœnis addicente. Certe si castitas, pietas, amor conjugalis, ulla vel privilegia vel alexipharmacæ Parcæ violentiam | declinare potuissent, fœmina lectissima MARGARETHA Schußen nunquam à latere Mariti divulsa fuisset. Verùm antequam ulterius progrediamur, necessum omnino erit, ut more consveto, quæ de Majoribus nostræ accipimus, hic inseramus. Prodiit in hanc vanitatis scenam Beata nostra Gustrovii Megapolensium Anno 1634 die 14. Septembris, Patre Viro Amplissimo & Spectatissimo DN. DAVIDE Schußen / Serenissimorum ac Celsissimorum Principum DN. JOANNIS ALBERTI, p. m. & DN. GUSTAVI ADOLPHI, Ducum Mecklenburgensis, &c. &c. Quæstore & Capitaneo Svanensi fidelissimo,

mo, inter beatos Anno 1650. die 29. Augusti ascripto, Matre fœminâ Vir-
tutis & pietatis ornamentis condecoratissimâ SOPHIA Arnumbs / quæ ex
tristissimo mortuæ dilectissimæ conspectu vultu, nil nisi lachrymarum &
mœstitudinis amaras aquas haurit & effundit. Avus Paternus ipsi fuit JO-
ACHIMUS Schüze/ Civis & Mercator Gustroviensis, Avia Paterna MAR-
GARETHA Hagen. Avum Maternum laudavit MATTHÆUM Arnumbs/ Ci-
vem & Mercatorem Rostochiensem , Aviam Maternam MARGARETHAM
Plönites. Ex hisce Majoribus, ut reliquos virtutum laude conspicuos,
quos hic recensere magis fastuolum, quam necessarium est, taceam , pro-
gnata ~~magis~~ nostra, statim Immanueli suo per Sacrosanctum rege-
nerationis lavacrum consecrata est, factaque per fidem sanctissimæ divina-
tionis habitaculum, cœlestibus Sancti Spiritus dotibus exornandum & il-
lustrandum. Cum ætate crevère modestia, pieras, pudicitia, castitas , & re-
liquæ virtutes sexum hunc comitantes , quas cum lacte veluti materno
suxerat & imbibera. Virtutes hæ Virginales non fuso vel cerussâ, sed na-
tivo splendore emicabant: Tertullianum siquidem Ornatum induebat ,
Oculos nimirum pingebat verecundia, manus laboribus assuefaciebat ,
corpus serico probitatis, byssō sanctitatis, purpura castitatis amiciebat, nec
unquam exemplo Heleanæ , Paulinæ & Demetriadis in otio vivebat, sed ita
in istis laboribus sexui huic convenientibus excellebat , ut non opus esset,
eam nubilem loco moniti sponsalitii more Romanorum fuso & colo dona-
re, postesve Maritales lanâ coronare. Probe enim hæc omnia edocta nul-
li suæ ætatis Virgini cedebat. Unde postquam annos nubiles vix attig-
set, virtutum innatuum & excultarum vis & inde concitatus suavis bonæ
famæ odor fragrantiam suam exserere cœpit, & ad Virum Ampliss. Con-
sultissimum & Excellentissimum Dn. HENRICUM RUDOLPHUM REDEKERUM,
U. J. Doctorem & Professorem celeberrimum, Rectorem p. t. Academiæ
nostræ Magnificum, tunc Studiosum literarum causa Rostochii existen-
tem, & Collegia nec non Disputationes ex inductu Amplissimæ Facultatis
Juridicæ summo cum applausu habentem, Vidua nunc ex obitu dilectissimæ
conjugis tristissimum, penetravit , cumque accersivit, ut tam selectæ
& pudicæ Virginis legitimos amplexus peteret, eamque annuentibus facile
parentibus obtineret. Disponente namque sic Divinâ providentia Paren-
tes piè defunctæ Virtutem Vidui nostri nunc proh dolor mœstissimi , tunc
Studio si celebris , adamare cœperunt, qui amor facile à Parentibus in filiam
translit, adeoque Anno 1650. ipso Trium Regum die legitima de Conju-
gio absolutis studiis consumendo facta est stipulatio. Substitit ipse eo
tempore

tempore ad annum 1653. Rostochii. Profectus inde in Academiam Mar-
purgensem, Heidelbergensem, Argentoratensem, ex hoc oppido vocatus
in ephorum Illustrissimi Comitis FRIDERICI LUDOVICI, Comitis Naslovi-
ci Saræponæ. &c. & cum varia terras peragrasset, aulasque perlustrasset,
ab Amplissimo Senatu Rostochiensis Juris Professor dictus, & Argentorat
Doctor Utriusque Juris creatus, per Galliam & Bataviam Anno 1655. re-
versus est ad Sponsam desideratissimam. Admirabile est, quam constanti
affectione, quam flagranti amore, quam castissimâ propensione, non atten-
tis ullis, quæ in tali casu aliquando subnascuntur, difficultatibus, absentem
prosecuta sit Sponsum Virgo florentissima: Et quæ erat animi ab omni
seculari vanitate abhorrens firmitas & rectitudo, soli DEO, Matri &
Sponso placere studuerit. Celebratæ itaque sunt nuptiæ cùm alias tūm ob
singularem utriusque partis in vincula Matrimonii concedentis animi, mo-
rum & inclinationis conformitatem atque harmoniam felices dicto Anno
1655. die X. Julii, & suscepimus adeo status conjugalis in Domino bene-
dictus. Vixerunt annos conjuncti quinque cùm semestri tām placide, &
unanimiter, ut amor & reverentia mutua, (quæ se invicem vincere con-
tentebant,) quotidiana incrementa sumerent, adeo etiam ut unam mentem
in duobus divisam credideris. In Maritū siquidem defixos habebat oculos
ab ejus nutu pendebat, in eoque colendo vere Eavadnen, Pantheam vel Ar-
meniam adæquabat. Unde quod Romani à Caja Tanaquil fœmina Etru-
scæ Tarquinii Prisci uxore ad singularem conjugalem amorem, in festivitatib-
us nuptialibus demonstrandum mutuabantur, se invicem his verbis com-
pellando; ubi tu Cagus ibi ego Caja, in hoc conjugio usurpare, vel thalas-
sionem acclamare multo minus Viriplacæ templum ingredi necessum
haut fuerit. Oeconomiæ singulati industria præfuit, familiae suæ ceu al-
tera Andromache regula viræ fuit, cum Phydiacâ venere Cochlear dome-
sticæ se inclusit, & certe veritatem dicimus, si ipsam omni conjugii tem-
poore talem fuisse dicimus, qualem Salomon Mulierem Proverb. 3. & Aposto-
lus Paulus 1. Tim. 2. in exemplar aliis depingunt. Verè enim puras manus
sine irâ & dubitatione ubique ad Deum salutis luce sustulit, in habitu decen-
ti cum verecundiâ & modestiâ se ornans, non intortis crinibus aut auro,
aut veste pretiosâ, sed prout decet mulieres profientes pietatem per bona
opera. Considerare potuit in ea Cor mariti sui, neque opes ei defuerunt.
Reddedit ei bonum & non malum, omnibus diebus vita luce. Quæsivit la-
nam & linum, operata manibus suis cum voluptate. Facta est, ut navis
Mercatoris de longo viatum suum apportans. Manum suam aperuit ino-
pi, &

pi, & palmas suas extendit ad pauperem. Non timuit domini suæ à frigore nivis,
cum omnes domestici vestiti fuerint duplicitibus, &c. Neque sterile fuit à divina
benedictione tam pacatum conjugii vinculum. Pietas enim, quæ ea omnibus die-
bus vita sua antecelluit, verae benedictionis fons est. Amplexa scilicet est ex se-
natam primogenitam Anno 1657. ANNAM SOPHIAM, Anno 1658. filium HEN-
RICUM RUDOLPHUM, qui per annorum teneritudinem non satis capaces sunt gra-
vissimæ, quam in ammissione Matris dilectissimæ passi sunt, jacturæ. Anno 1659.
nata est filia altera CATHARINA MARIA, quæ tamen inter morrales non diu mansit,
sed in manus DEI recepta, cum vix septem septimanas vitæ suæ explevisset. Tan-
dem illuxit pie defunctæ nostræ annus fatalis præsens nimirum 1661. quo novo be-
nedictionis cœlestis pignore grava, dic 4. præsentis mensis Januarii in partus dif-
ficultatem tanquam luctam decretoriam vocata est. Vicit natura eo die & nocte
partus horam. Die postero, qui Saturni erat, dolores cum difficultate summa a-
gmine quasi facto in ipsam irruperunt, totoque eo die irrito naturæ conatu exer-
cuerunt, usque in noctem, factu interea in ipso utero morte extincto. Visa fuit
adstantibus ea valetudinis conditio periculosa. Nullis ergo parcitum est Mediis,
quæ tam piam & omnibus bonis acceptissimam animam in habitaculo suo conti-
nere potuissent; verum nec duorum Medicorum in consilium adhibitorum indu-
stria, nec quatuor Obstetricum vigilans auxilium naturæ deficientis infirmitatem
corrigere potuit. Conversa itaque ad DEUM est πνευματικα nostra, à quo au-
xilium Israëlis est, omnino vitæ suæ rationem in manus ejus, cui ab infantia mundâ
cum conscientia servierat, resignans. Et ut ut aliquot ante approximantis partus
tempora septimanis sacrâ communione corporis & sanguinis filii DEI potita fuisset:
Satiari tamen non potuit amore & unione cum eo, quo cum æternum unum
se futuram speravit. Denuo ergo hora tertia matutina die 6. hujus Mensis ad-
vocari rogavit Virum Admodum Reverendum, Amplissimum & Excellentissi-
mum Dn. CASPARUM MAURITIUM, S. S. Théologæ Doctorem, Professorem, Pa-
storē Marianum, & Ministerii Rostochiensis Superintendentem eminentissimum,
Collegam & amicum nostrum honoratissimum, & ab ejus Ministerio Sacrosan-
ctum illud ad æternitatem viaticum suscepit, ditata sacramentaliter eo sanguine,
quo redempta fuerat. Hoc modo ad patientiam, & pacem eam, quæ omni ra-
tione est superior, composita, fortiter in agone partus per Dominicum diem us-
que in sequentis noctis undecimam perstigit. Tum enim auxiliante & assistente
divino numine enitebatur filiolum jam ante in utero extinctum. Putabat equi-
dem nunc nostra MARGARETHA, quæ diu multumque uteri difficultatibus, quasi
quodam Oceano, jactata erat, tandem in portum pervenisse, omnemque pericu-
lum, pariendo superasse. Sed ecce! oppido à partu deliquium virium tan-

cum.

tum aliaque uteri gravissima symptomata eam invasere, ut intra horæ quadrantes omnis vigor, & vires exhaustæ beatam animam inter gemitus, & suspiria Mariti aliorumque agnatorum placide è corpore in manus ejus, qui redemit, emitterent. Atque sic ista induita Christi justitiâ, tanquam veste salutis, eo ipso die Trium regum, quo marito despousata erat, concessit à mortalibus ad chorum Angelorum, Martyrum, & aliorum beatorum, accipiens in cœlis Coronam immarcessibilem fidei & ibidem amplectens duo illa tenella conjugii pignora, quæ ad cœlum præmisserat. Quanta ex tam insperato obitu doloris materia Dn. Marito, Matri, Fratribus & Sorori objecta fuerit, inde colligere licet, quod omnes eos in primis Dominum Viduum amoris sincerissimi & flagrantissimi Vinculum cum defunctâ perpetuo costrinxerit, cuius dissolutio ipsâ morte solet esse acerbior. Videor enim mihi audire Maritum quasi exclamantem: Vbi nunc domus mœæ curatrix? familiæ rectrix? Vbi liberorum formatrix? Curarum de pultrix, fortunatum conservatrix? Verum absit ut huic vestre desideratissimæ beatitudinem illam, quam fructus, invideatis, & quod Ethnicorum erat:

Injustos rabidis pulsare querelis

Cæliolas

pro folamine habeatis, aut Terentii *Varronis* vestigia prematis, qui Livio teste, ex Sofie suæ partu interemptæ inopinato obitu tantum dolorem percepit, ut reliquo vitæ tempore neque barbam condere, neque in lecto dormire, neque mensæ cibi capendi gratia accumbere voluerit, aut Papyrii, qui suæ Hippolytæ partu enectæ discessum ita luxit, ut mœroris magnitudine, cui Vir prudentissimus succumberet, omnis civitas offenderetur. Faveamus Blesilla nostræ, scribit ad *Paulinam Hieron.* quæ de tenebris migravit ad lucem, & inter fidei incipientis ardorem consummati operis percepit Coronam. Favete & vos *Margarethæ* vestræ, quæ procellosum iter emens, jam tandem in illam patriam emigravit, cuius Rex divinitas, cuius Lex Charita, cuius modus æternitas est, ubi nullis anxia curis, nullis saucia doloribus Deum videt ad voluntatem, habet ad voluptatem, possidet ad jucunditatem. Cum autem hodie exuviae pie defunctæ terræ matri sint reddendæ, omnes Academiæ Cives officiole rogatos volumus, ut frequentes confluant, justa piis Manibus debita lubente & condolente animo exsolvant, mortalitatis memoriam refricent, ac turbulentissimis hisce temporibus Romanum Imperium, omniaque ejusdem valde luxata membra, Provinciam, Civitatem, & utramque in ea constitutam Remp. ad Pacis optata conciliationem DEO recom mendent, & sibi invicem novi anni auspicium felix comprecentur.

Quod ego omnibus & singulis ex animo voveo. P. P. sub

Sigillo Academiæ XV. Januarii, Anno 1661.

Conventus fiet in Templo Mariano ad horam primam.









Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn774784229/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774784229/phys_0016)



mo, inter beatos Anno 1650. die 29. Augusti ascripto
 tutis & pietatis ornamentis condecoratissimā SOPH
 tristissimo mortuā dilectissimā conspectu vultu, nil
 mœstitudinis amaras aquas haurit & effundit. Avus
 ACHIMUS Schütz Civis & Mercator Gustroviensis,
 GARETHA Hagen. Avum Maternum laudavit MATT
 vem & Mercatorem Rostochiensem, Aviam Mat
 Piönnies. Ex hisce Majoribus, ut reliquos virtutu
 quos hic recensere magis fastuosum, quam necessar
 gnata ~~magis~~ nostra, statim Immanueli suo pe
 nerationis lavacrum consecrata est, factaque perfide
 tionis habitaculum, cœlestibus Sancti Spiritus dotib
 lustrandum. Cum ætate crevère modestia, pietas, pa
 liquæ virtutes sexum hanc comitantes, quas cum
 suxerat & imbiberat. Virtutes hæ Virginales non fu
 tivo splendore emicabant: Tertullianum liquidem
 Oculos nimirum pingebat verecundia, manus labo
 corpus serico probitatis, byssō sanctitatis, purpura c
 unquam exemplo Heleanæ, Paulinæ & Demetriadi
 in istis laboribus sexui huic convenientibus excelleb
 eam nubilem loco moniti sponsalitii more Romano
 re, postesve Maritales lanâ coronare. Probe enim h
 li suæ ætatis Virgini cedebat. Unde postquam an
 set, virtutum innatarium & excultarum vis & inde c
 fama odor fragrantiam suam exserere cœpit, & ad
 cultissimum & Excellentissimum DN. HENRICUM RU
 U. J. Doctorem & Professorem celeberrimum, Re
 nostræ Magnificum, tunc Studiosum literarum ca
 tem, & Collegia nec non Disputationes ex induit
 Juridicæ summo cum applausu habentem, Viduum
 simæ conjugis tristissimum, penetravit, cumque ac
 & pudicæ Virginis legitimos amplexus peteret, eam
 parentibus obtineret. Disponente namque sic Divi
 tes piè defunctæ Virtutem Vidui nostri nunc proh d
 Studiosi celebris, adamare cœperunt, qui amor faci
 transiit, adeoque Anno 1650 ipso Trium Regum
 gio absolutis studiis consumendo facta est stipula



the scale towards document

039

Serial No.

Image Engineering

Scan Reference Chart

TE263

011

à Vir
 juæ ex
 rum &
 uit Jo
 MAR
 s / Ci
 LETHAM
 icuos,
 , pro
 a rege
 divina
 n & il
 s, & re
 iaterno
 sed na
 uebat,
 ebæ ,
 bat, neç
 t, sed ita
 us esset,
 o dona
 etæ nul
 atrigil
 is bonæ
 s. Con
 EKERUM,
 ademiæ
 existen
 cultat is
 dilectis
 selectæ
 us facile
 a Paren
 ni, tunc
 in filiam
 : Conju
 ipse eo
 tempore